



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

Digres. 59. Quomodo tactus solam qualitatem redundantiam sentiat, ad
tex. com. 166.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

DIGRESSIO LIX.

Quo modo tactus solam qualitatem
redundantiam sentiat.

QUOD hoc loco ab Aristotele traditum est, solum obiectum redundantis & excessus, non item similes & equales gradus percipere tactum; optima sane ratione nititur. Quoniam sentire & pati, neque à simili ratione nititur, sed quidquid patitur, à maiori ac robustiori virtute patitur & mutatur. Deinde quoniam sensus & omnino quidvis aliud, quod qualitatem quampiam suscepturum est, carere illa debet, esseque ad eam suscipiendam aptum. Itaque id tum ex parte agentis, tum ex parte patientis necessarium esse videtur. Agens enim agit ut est actu, & patiens patitur quatenus est potestate. Neque illud agere in hoc potest, nisi actu quoquam predictum sit, quo alterum careat: neque hoc pati nisi ad illud careat, quia ab agente produci potest.

In sensu
duplex
passio.

In sensu porro duplex cernitur passio. Altera in organo, altera in facultate sentiente. Facultas semper & in omnibus sensibus patitur, & propter eam maximè dicitur sentire esse quoddam pati, ut alio loco demonstravi. Nunc tamen Philosophus ad organum quod eandem propositionem trahit quoniam in tactu organum quoque semper patitur; & in gustatu quoque, qui tactus quidam est. In ceteris sensibus non item. Sed aut non à toto obiecto, sed à quadam illius parte patitur; ut aspectus à luce, non à colore: Aut à toto quidem, sed non semper; ut in auditu & odoratu; atque adeo in aspectu, dum circa lucida versatur. Non enim semper necesse est hæc obiecta in organo re ipsa suscipi: sed remota quoque sæpe sentiuntur. Solus tactus, & cum eo gustatus, organi quoque passionem semper postulant, antequam operantur & operando facultas patiat. Si autem reliquorum item organa parte quampiam obiecti occupata sint; res ipsa testatur non æqualem, sed vehementiorem duntaxat qualitatem sentire; ut de gustatu apertis verbis in tex. 104. legitur: Iam quod in ceteris sensibus interdum accidit, euenit semper in tactu. Quia cum illius organum ex tactilibus qualitibus concretum sit, eas habet semper quodam ex parte sibi præsentis. Itaque hanc ob causam Galenus in primo de temperamentis libro cap. ultimo, cutim scripsit, eam præsertim, quæ est in manu, esse omnium corporis partium temperatissimam, omniumque extremorum, calidi & frigidi, humidi & siccis, verè mediam: quoniam sensilium omnium norma futura erat: tactus nimirum instrumentum proprium à natura præparatum. Quod verè sanè dictum est. Sed quemadmodum cum eo confert, quod idem auctor alibi scripsit in eadem inculcauit, præcipuum tangendi organum esse nervum tanquam à cerebro sentientis omnis virtutis principio derivatum, viderint eius discipuli.

Primario
omnium
qualita-
tis æque
iudicem
esse ta-
ctum.

Mihi illud obiter reprehendendum videtur, quod habet in secundo eiusdem operis libro cap. 3. caloris & frigoris solum tactum iudicem esse, humoris autem & siccitatis simul cum tactu rationem. Nam omnis hæc qualitates sunt æque primæ & tactiles; & ideo æque ac eodem modo per se obiecti tactilis partes. Facultasque una quæque ut per suum obiectum

A constituitur, ita per se circa illud operari potest: & in bestiis re ipsa operatur, in quibus nulla est ratio. Deinde nec qualitate hæles nec omnino quidvis sensibile cognoscere aut iudicare potest ratio, nisi per sensum, non igitur ratio, sed sensus per se & primum humidi quoque & siccis corporis iudicem est. Immo & durum à siccis distinguit: sentique siccis modo à duro molliori, quam à siccis; quia utraque qualitas tactilis est & sub illius obiecto continetur. Ratio autem alio quodam modo, dum non omnino durum videt esse siccum, sed interdum humidum, ut glacies.

Porro tum in histum in alijs omnibus tactibus sensum non nisi redundantis sentire, etiam in ratione à Philosopho probatum sit atque ab inter-pretibus confirmatum, difficultate tamen non caret. Magis enim frigidam aquam sentimus quam frigemus, quam dum calidiora sunt corpora nostra. Mirumque omnino videbitur, si omnia, quæcumque nos sentimus, calidiora nostris corporibus esse dicantur. Sentimus enim duritiam & molliedinem æqualem aut minorem, dum nostra vel aliena corpora contrahimus, seseque vicissim tangunt manus, etsi æque calide sint, dura aut molles. Immo Themistius & Philoponus & verò Alexander in prioribus libro de anima cap. de tactu, & in posteriore cap. 13. negantes sentiri æquale, non dubitant confirmare, non solum sentiri excessum, sed & defectum. Verum ad hæc omnia respondere licet. Primum quidem, solum excessum Aristoteles de sensu sentiri, non item defectum. Quia quæ ratio potest non sentiri æquale, quoniam in sensum agere non valet, multo magis concludit non sentiri defectum, qui ad agendum imbecillior est & infirmior, magis que ad privationem accedit, & id quod sua natura insensibile dicitur. Deinde verò intelligere oportet, de illis solis qualitibus sermonem esse, quæ ad intemperatam organi temperationem pertinent, cum æquales aut minores non sentiri affirmantur: non item de alijs quibusvis, quæ aliunde in organo suscipiuntur. Duobus enim modis calida aut frigida dici possunt corpora nostra, aut proprio & incho calore vel frigore aut adventitio aliundeque accepto. Nam tantum abest, ut adventitiae hæc qualitates aliarum sibi similem sensum impediât, ut maximè iuvent. Adipita fit, ut frigidiora corpora nostra frigida aque magis persentiant. Quoniam si calidiora sunt, calor interno frigori resistit atque illius actionem temperat. At dum frigida sunt, hoc ipsum frigus, quod ultra naturalem habitum continent, cum accedente & circumiecto aque frigore coniunctum vehementius pulsant sensum, & utrumque, tanquam unum obiectum inuadit. Idem de frigore, idem de calore intelligas. Nam non omnia sanè, quæ calida sentiuntur, nostris corporibus calidiora sunt: sed calidiora, qui in nobis existit, adventitius plerumque est, aut ex naturali organi temperatione.

Quod autem ad duritiam & molliedinem attinet, meminisse debemus (id, quod in ceteris quoque qualitatibus euenit) molliedinem sæpe sentiri, non quatenus molliudo, sed comparatione tangentis durities est: & duritiem item, non quatenus durities, sed quatenus molliudo. Ita enim sit, ut molliudo minor sentiatur, quatenus tangentis manus comparatione durities est: contra maior durities, quatenus molliudo quæpiã. Quo fortasse intellectu à Themistio & Philopono dictum est, non solum excessum,

excessum, sed defectum quoque sentiri. Postremo, quæ profus in aliqua qualitate fuerint æqualia, vt molliudine; sitangendo se se persentiant non illius qualitatis, sed alterius cuiuspiam, quæ inæqualis fuerit, vt caloris aut frigoris, sensus fuerit: siue ea intensior sit, siue remissior. Si quidem remissio quoque sentitur, quatenus intensioris contrariæ, quæ tactus organo caret, rationem habet.

DIGRESSIO LX.

De Tactus dolore & delectatione.

Quoniam verò tactus omnis aut cum voluptate & delectatione fit, aut cum tristitia & dolore: hoc quoque considerandum Philosopho est, qui accuratam huius sensus cognitionem querit. Voluptatem & dolorem esse opposita, manifestum est. Quamquam voluptas latius patet, quam dolor. Illa in spiritalibus quoque reperitur, vt in intellectu, dum contemplatur rei, cuiuspiam cognitione assequitur, vt dicitur Hætruscus Poeta: *Alio se piacere, se impatiat non preuo.* Hic in solo versatur corpore in voluntate & spiritalibus minis proprie nominatur. Quare voluptati vniuersè acceptæ displicentiã potius aut molestantiam: quã non in tactu modo, sed & in omni sensu & vbi cumque voluptas fuerit, agnosces. Cui enim conueniens obiectum delectationem parit, displicentiã ac molestantiam contrarium adfert. Dolore delictiam potius seu leticiam opponas. Hæc enim proprie solum in tactu: in cæteris sensibus propter adiunctum tactum. Gustatus ab acribus, acidis, acerbis, amaris saporibus læditur singuli vehementius alterent continuitatem que soluant. Contra dulcibus oblectatur. Oloratum vehementes & acuti odores eandem ob causam cum molestia & dolore subeunt; cum iucunditate suasues. Auditum offendunt vehementiores soni, aspera vox, maxima & celestrima. Vehementi enim motu colliditur & quasi scinditur auditus organum: vt inter dum aliqui audiendi sensu penitus priuati fuerint organo scilicet vehementia soni diuisio. Idem in aspectu faciunt splendores maximi, nec sine oculorũ dolore ac iactura obiecta eiusmodi nimiam lucẽ intremur. Digregat enim & quodammodo diuidit. Contra lux moderata delectat. In colorũ aspectu id minus apparet, quod re ipsa non agant in oculum, neque cum eo iungantur. Recreant tamen colores medijs viridis & caruleus; lædunt extremi; albus, & niger: quod illi moderata cõsent lux; hi aut nimia aut vix vlla: quare digregat alter, alter cõgregat. Sic igitur habent sensus omnes, dum adiunctus est tactus obiecti re ipsa eorum afficientis organa. Alio, qui si facultas remotum cognoscat obiectum, displicentiã solum habent aut voluptatem, dolorem aut delictiam non habent.

Posuit autem natura dolorem & delictiam in tactu propter animalium conseruationem, vt noxia cum dolore & vtilia cum delictia sentiendõ, ab illis resugerent; hæc libenter amplecterentur & verò prolequerentur. Itaque sensationes sunt & operationes perfectissimæ; non lætæ & imperfectæ; quemadmodum aliquid iudicantur. Etenim cum vtrumque ad animalis conseruationem pertineat; ita oportuit perfectum à natura tactum institui, vt non vtilia

A modo cum delictia, sed & noxia cum dolore æque perfecte sentiret; vt illa prosequi, hæc vitare posset. Quoquo tamen modo sensio læsa dici dolor potest: tum obiectiue, tum consequenter. Est enim lædenti obiecti sensio; sensusque vehementi dolore impeditus ac turbatus reliqua minus sentire potest. Contra delictia vtroque modo perfectissima est operatio. Nam quod Conciliator differ. 77. & Gentilis 2. prim. doct. 2. & Ioannes Fernelius in lib. de Symptomatis cap. 6. dolorem affirmant non ipsam noxi obiecti perceptionem, sed quidpiam inde consequens esse; Conciliator qualitatem quãdam, ceteri molestantiam animi ex tactione profectum; vt tristitiam, aut iram ex inimici aspectu: omnino probandum non esse. Quoniam & dolorem delictiamque ostensum est formaliter sensationes esse conuenientis aut non conuenientis rei: & omnino confirmat Auicenna dolorem loco notato definiens cõtrariã reisenfium esse. Et Galenus in 2. lib. de locis affectis cap. 2. dolor, inquit, tristis sensus est, sicut voluptas blandus est sensus. Atque vt lætari, ita & dolere operationes quãdam Formaliter sunt, non qualitates. Omnis enim sensilis qualitas, etsi oriatur ex alijs, perse nonnunquam est, licet à nullo sentiat: dolor non est nisi dum sentitur, neque sine sensu concipi mente potest. Sed & qualitas quæuis sensilis facultatẽ perficit, in aliquo saltẽ gradu; dolor semper lædit. Delictia igitur iucundam, dolor tristem & molestã sensationem significat; hæcque cessante, tum delictia cessat, tum dolor. Non quod dolore ipsam aut delictiam tanquam obiectum, sed quod obiectum quodpiam aut cum delictia, aut cum dolore sentiamus; atque hoc significamus, cum delictiam doloremve sentire nos dicimus. Non ita visionem aut auditionem sentire nos loquimur. Quod delictia & dolor ad modum obiecti, visio & auditio ceteræque sensationes tanquam actiones significantur. Cum enim dolor & delictia vehementiores apprehensiones fiat, quæ à tactu tanquam primo sensu ceteris quoque communicantur, proprium propterea nomen obtinuerunt.

Iam verò quenam sit doloris causa, magna fuit Auerrois præsertim cum Galeno disputatio. Galenus enim Auicennæ testimonio in 2. primi doct. 2. summa. 2. cap. 19. & Auerrois in 3. Colliget cap. 51. doloris causam esse voluit continui solutionem. Auerrois autem alterationem solum, neque continui diuisionem nisi propter alterationem adiunctã adferre dolorem. Sed omnino existimandum est, dolorem omnem ex vehementi obiecti tactilis improporitione proficisci, diuisioneque illius causas esse. Tum immoderatam & minus conuenientem alterationem, tum continuitatis diuisionem. Priorem visus est Aristoteles indicare in probl. 13. sect. 11. vbi dolorem scriptit refrigerationem pectoris esse. Quamquam non de eo dolore loquitur, qui est in tactu, sed de altero, qui animæ affectus est letitiæ oppositus. Posteriorem autem in problemate 26. sect. 5. post longam nimiamque ambulationem femora scribens magis dolere, quàm tibias, quod femorũ caro sit magis coniuncta, dolorque præcipue propter continui distractionem fiat. Verum ante illum Plato vtramque visus esse cõplecti in Philebo & Timæo. In altero enim loco Harmonia, inquit, soluta in animatibus vnã naturæ solutionem generationemque dolorum eo in tempore fieri dico. Rursusque harmonia cõtemperata & in sui naturam

Sensio- nes esse.

Quod- lora- causa.

Ita pro- pter...